

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin Werner Fabritius

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro
: Decimaoctava, Quod In Israele Verbum Dei Divini Cultus Regula Fuerit, Et
Pleraque In Veteri Testamento A Deo Tantum Manare Potuerint**

Rostochii: Reusnerus, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756648874>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.
Lubinus, Eilh.
Disp. de veritate relig.
christianae 1-24.
1602:03.
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De venturo religione christiana I	
②	Der. Reoxilius, De ver. rel. chr. II	1601
③	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. III	1601
④	Joh. Speculum, De ver. rel. chr. IV	1601
⑤	Abr. Dantrot, De ver. rel. chr. V	1601
⑥	Th. Frisius, De ver. rel. chr. VI	1601
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. VII	1601
⑧	Boc. Regius, De ver. rel. chr. VIII	1601
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. IX	1601
⑩	Joh. Waterham, De ver. rel. chr. X	1601
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XI	1602
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XII	1602
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XIII	1602
14	Frid. Crispius, De ver. rel. chr. XIV	1602
15	Der. Reoxilius, De ver. rel. chr. XV	1602
16	Hart. Hallerordines, De ver. rel. chr. XVI	1602
17	Th. Frisius, De ver. rel. chr. XVII	1602
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr. XVIII	1602
19	Joh. Frisius, De ver. rel. chr. XIX	1602
20	Pet. Boethius, De ver. rel. chr. XX	1602
21	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr. XXI	1602
22	Joh. Waterham, De ver. rel. chr. XXII	1602
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr. XXIII	1602
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr. XXIV	1602

Disputationum
DE VERITATE
RELIGIONIS
 CHRISTIANÆ,
*EX P. MORNÆI, DE
 EADEM LIBRO,*

Decimaoctava,
QVOD IN ISRAELE
 VERBUM DEI DIVINI CVLTVS
 REGULA FVERIT, ET PLERAQUE IN VE-
 TERI TESTAMENTO A DEO TANTVM
 MANARE POTVERINT.

Quam
 DEO DVCE ET AVSPICE
 PRAE SIDE
EILHARDO LVBINO,

*In alma Rosarum Academia defen-
 dere conabitur*

VVERNERVS FABRITIVS
 Neomonasteriensis Holtatus.

Hora 5° loco consueto.

ROSTOCHII
 Exprimebat Christophorus Reusnerus,
 ANNO M. D. C II.

18

БЛАГОДАТЬ
БЛАГОДАТЬ
БЛАГОДАТЬ
БЛАГОДАТЬ
БЛАГОДАТЬ

БЛАГОДАТЬ
БЛАГОДАТЬ
БЛАГОДАТЬ
БЛАГОДАТЬ
БЛАГОДАТЬ

БЛАГОДАТЬ
БЛАГОДАТЬ
БЛАГОДАТЬ
БЛАГОДАТЬ
БЛАГОДАТЬ

ΣΥΝ ΘΕΩ.

DISPUTATIO DECIMA OCTAVA.

QVOD IN ISRAELE VERBUM DEI
DIVINI CVLTUS REGULA FVERIT, ET
PLERAQUE IN VETERI TESTAMENTO
A DEO TANTVM MANARE
POTVERINT.

I.

1. Rima ergo religionis nota unius veri DEI Israe-
lis cultus; Ethnicorum verò Dij homines & Dia-
boli. Secunda nota est Regula & Norma Vnius
DEI cultus, nempe Verbum DEI Israeli revelatum.

2. Nota hæc in gentibus quæri nequit. qui n. cultum Deo
assignet, qui Deum ab ipso limine ignorat, creatoris loco creatu-
ram imò hostem Dei colens, unde loco cultus Dei horrenda sce-
lera enata sunt. In quibus gentibus Sapientiores, licet talia ver-
bis damnant, cum vulgo tamen sacrificarunt, & sibi normam
cultus tradere conentur, sibi ipsis non sufficiunt, seq; in veri Dei
cultu prorsus cæcos produnt,

3. Est tamen Religio, & cœpit cum homine, eaq; necessario ab
initio plena & perfecta, non ab homine profecta est, sed à vero
Deo homini insita, qui solus sibi grata novit.

4. Hæc regula in Israèle, ubi verus Deus solum cultus est ne-
cessariò invenitur, apud quem in testamento ab initio mundi
continuatur, & pro Dei verbo indubitatò habetur; cuius verbi hæ
notæ, quod sit antiquissimum, & cum homine cœperit, quod ad
unum Dei gloriam tendat, quod ad unam hominis salutem, &
deniq; quod pleraq; in illo à Deo tantum possint emanare.

5. Ad primam quod spectat, nulla alia gens est, quæ veri Dei
cultus legem à Deo ab initio mundi habuerit, excepto Israèle.
Quorum testamentum universos homines in Dei veri & Idolo-
rum cultores Deo vero certo tempore conjungendos tribuit, qui
& cuius scriptores ultimi Nehemias & Esdras gentibus antiquo-
res, septem Sapientum in Graciā Synchroni, qui leges suas ex
Ægypto hauserunt, Dei eiusq; cultus legis ignari, rudes, plu-
rimum Deorum cultores.

6. Oraculorum & deorum gentium Origo in judicium etatem incidit, quos gentes relieto vero plurimos coluerunt. Contra in Israele lex illa certa à regibus prophetis, populo universo & quæ culta, cui legi nec Thebae antiquissimum suum Ogygen, nec Athenæ Cecropæ comparaverint, qui ex Ægypto leges matrimonij in Græciam feram & brutalem primus intulit, quo tempore Ægyptus & Syria stellas adoravit, & anguria captavit.

7. Contra in Israele toto lex, Dei cultus, à Mose plenior lata, Inacho in Græcia regnante, à quo Mose Pythagoras & Plato sua mysteria hauserunt, quem Numenius, Diodorus, Strabo, Porphyrius, Legislatorum primum & gravissimum testantur, qui legem à Deo acceperit, Ægyptijs superstitionem exprobarit, historiam Iudæorum verè scriperit.

8. Neq; suspicetur quispiam legem hanc à Mose confictam, cum suorum progenitorum, cognatorum, sui ipsius dedecora re censeat, nō filios suos sed alienos sibi sufficiat, nec humano more scribat: multo minus Mosis non esse illos libros, cum horum stilum & entheam maiestatem nemo falsarius Mosis potuerit adfin gere, quod ne in prophanis scriptoribus licet.

9. Porto Mosis saeculo affigi non potuerunt, à quo lex tot populo lata (cui nihil addendum vel demandum sub pena temporalis & æternæ mortis) ab omnibus custodienda, singulis Sabbathis legenda.

10. Deinde illi succedunt Iosua, Iudices, Samuel, reges, Prophetæ, horum librorum veritatem non ut Historici Ethnici aut Astrologi faciunt, non in dubium vocantes, sed eos tuentes contra omnes hostes, cum vita periculo, non facturi hos si ulla tenus adulteratos suspicati fuissent.

11. Nec putandum sacra biblia ex multis monumentis ab uno auctore conscripta. Scriptor n. ille sub postremis regibus vixisse non potuit, quo tempore Iudæi jam tribus vicibus deportati secum, legem juxta quam jam ante vixerunt, varie inter gentes sparserant, quam Æthiopes jam à Salomonis etate à Sabæa reginâ semper habuerunt.

12. Multo minus putet quis Biblia Machabæorum tempore ab Antiocho suisse abolila. quis n. princeps librum facile abolebit?

rit? ab omnibus habitum & servatum; cum in decem tribubus nihil
juris habuerit Antiochus, quarum exilijs jam per orbem erant sparsa,
cum jam à Philadelpho Græce versa, inq; tot Synagogus Asiræ & Græ-
ciae essent recepta.

13. At si perierant, qñ momento emerserunt? quando unquam de
amissis questi Iudei? quis potuisset falsa supponere Iudeisq; imponere?
Nempe hæc omnium antiquissima ab omnibus oppugnata, Dei provi-
dencia servavit in necessarium mundi usum; nec à mundo nec ab homi-
ne perfecta genuina, sine ullā adulterationis suspicione.

14. Deinde libri Ethnicorum res & vanitates hominum humano
more & adfectu laudes aut lucri gratiâ scribunt, de Deo si quid forte
rectè dicant, contraria faciunt. Vnde ab hominibus scriptos eis
vincitur, quod etiam in fronte fatentur, ut in Herodoto, Hippocrate, Ti-
mæo, Thucydide, videre est.

15. Contra in biblijs omnia testantur, qui à Deo inspirata sint:
ubi omnia magnalia & miracula nulli hominum immutabilia usq; ad
legem, ad gloriam Dei spectant in misericordiâ & justitiâ ubiq; expres-
sam. Dein in tantâ mundi ruditate Israëli præ reliquis gentibus lex à
Deo peculiariter data, qua officium hominis erga Deum & proximum
plenissime continetur, duobus summis mandatis inclusa, omnes casus
mundanos complexa, quibus inter tot Ethnicorum volumina nihil
comparabile.

16. Postea Israël Iosuâ duce terram Chanaam ingreditur, à judici-
bus regibusq; régitur: ubi victorias non ut nostri duces sibi, sed Deo
summo militiae duci acceptas referunt, illi soli Epinicia canunt, non si-
bi ipsis ut Polybius, Cæsar: & nullum regem laudant nisi ob Idola
destructa, gloriamq; Dei vindicatam.

17. Prophetæ etiam ubiq; unum Deum ultorem & auxiliatorem
omnium ingeminant, spretis terrenis cælestia inculcantes, unam Dei
gloriam, cum vitæ contentu captantes, non ut Dæmones, ut Magi
Apollonius, Apuleus, & Astrologi nostri utilitatem & gloriam: suo-
rumq; vaticiniorum, quæ soli Deo accepta referunt, nullam rationem
proferunt, nisi sciam revelationem divinam.

18. Poemata in sacris omnis generis, non turpia & vana, ut in
Ethnicis, sed pia & casta soli Dei gloriæ consecrata, in quibus vividi
ad eos adfectus poëtam sacrum alio spiritu æctum liquido demonstrant.

19. Deniq; non ut alij etiam optimorum Philosophorum libri Deos vel nullos, vel vanos colunt, & huius vitæ delitias spectant, sed futuræ vitæ cum Deo felicitatis certissimi indices fax & via sunt, hominemq; Dei cultus admonent, cuius participatione solâ beatus sit.
20. Providentiâ Dei, & immortalitate animorum tanquam fundamento indubitato innituntur. Vnde Henoch ad Deum raptus, qui merces in futurâ vitâ patriarchis primis, Moysi, Iosuæ, Iudicibus, Samueli, David, & reliquis solatij loco erat proposita, utiq; quibus Deum ex corde, quod lex jubet, coletibus meræ in hac vitâ ærumna præmij loco reponuntur.
21. Quo etiam lex altera respicit ut proximum sicut non ipsos propter Deum tanquam Deli imagines delegamus, quod quis fecerit, si vitam nostram hâc vitâ claudi putaret? Vnde sacras literas antiquissimas, Dei gloriam, & hominis salutem unicè spectare patet.
22. Velut autem omnis creatura (cuius liber ob lapsum nobis obscurior) sic & tota scriptura (cuius liber clarior) ad Deum tendit. à quo necessariò hâc scriptura prodijt, quod primò constat ex stylo, qui fine ullâ ratione solâ auctoritate de rebus supra rationem sibi credi postulat.
23. Deinde ex præceptis, non enim scriptura rationibus, & extera potentia nittitur, ut Ethici & legumlatores, sed omnibus sine discrimine imperat, promittens & interminans æterna præmia & supplicia. Quod nemo potest, nisi æternitatis Dominus, nulla autem creatura, quæ si mala esset bona non impetraret, si verò bona, non gloriam Dei sibi arrogaret; quam observatores pro Dei lege coluerunt. Deniq; quæ interiora animi obligat, quæ penetrare Dei solius est.
24. Doctrina etiam de Trinitate, quando mundus creatus sit, quod verbum caro factum sit, de Virginis conceptu, de promissione Abrahamo factâ, De Messia venturo, & innumera alia, non nisi à Deo profici potuerunt.
25. Quid dicemus de Prophetijs licet diversis temporibus, locis, personis scriptis, tamen ad unum Scopum directis & veris? ut illa de promissione Abraho factâ, quam Moës tot ærumnarum unicam consolationem habuit; de sceptro è Iuda non inferendo, quæ jurisdictio licet longo post tempore cæperit, in Iuda bis mille annis ad tempus usq; Messiae continuata fuit.

Nec

26. Nec quis putet Mosen hæc commentum esse, qui sua tribui Levi, & tribui Iosuæ Ephraim Iudam non prætulisset, quæ demum millesimo fere post anno imperio potiebatur. Quid, quod prophetia hæc à senecte admodum profecta, qualem ob imaginationis defectum Philosophi naturaliter divinare posse negant. Porro in testamento Iacob filijs terram Chanaam ut sua bona distribuit, filium Ephriam juniores maiori Manasse præfert, quod in tota historia comprobatum legimus.

27. Moses eandem terram, quam videre potuit, ingredi non potuit, arbitris & legibus populo partitur; quam præfinito tempore Chananaei vacuam relinquunt, & cedunt, evidenti documento hoc divino instindu & Mosen populum duxisse, & populum Mosen secutum esse. Interim in illâ terrâ Israelis peccata, & calamitates, & alias in eius locum substituendas gentes in Cantico suo disertè divinitus vaticinatur.

28. Iosuæ Mosis mandata tanquam à Deo profecta exsequitur, qui, quod restauratori urbis Iericho imprecatus erat, hoc 500 post annis impletum fuit.

29. In libris Iosuæ, Iudicum, Samuelis, Regum, aut eventus sunt prophetiarum, aut prophetiarum, quæ de futuris ut de præsentibus aut præteritis loquuntur, & florentissimo. Reip. statu calamitates denunciabant, ut apud Esaiam in vaticino de Cyro, Macedonibus, & Persis & alibi videre est, quod tot annis ante promulgatum ab homine profici sci non potuit.

30. Idem in Ieremiâ & Ezechiele notandum, quorum ille populum septuagesimo anno à captivitate restitutum iri prædictit, quod contigit. Daniel suis vaticinijs futurorum sæculorum de Persis, Græcis, Romanis, Antiocho historiam exactissimè texere videntur, cuius vaticinia Alexander miratus est, quæ Ptolomæus Philadelphus cum reliquis sacris converterat ante Antiochi tyranni tempora.

31. Hic Balsafaris ruinam prædixit, Persarum regnum in quarto rege Dario definit. Alexandri eiusq; immensi regni dissipationem vaticinatus est, Antiochi tyrannidem, Maccabæorum pios conatus, oppressionem piorum, profanationem sacerdotum, Romani Imperij dentes ferreos, & ab eo post 70 Hebdomades à vaticinio Ieremiæ, templum à Romanis destruendum: quæ omnia ad amissim impleta, & non nisi à Deo profici sci potuerunt.

Nec

32. Nec dici potest, Iudeos prorsus nullos habuisse prophetas. Nam sine illis in tantis ærumnis, Deo vero sic non adhæsisset. Longè minus, quod ex astris illa habuerint, ex quibus vaticinia vana & fallacia de particularibus, de certo loco, personâ, tempore post multa sacrula nihil certi possunt prædicere; cum in Israële rudes bubulci prophetæ etiam fuerint.


33. Longè minus quod per phantasian juncto possibili intellectu cum abstracto, ut Averroës prophetiam exigit, prædixerint, cum plerique fuerint senes, ut supra de Iacobo dictum: & cum sic quicquid in Phantasian venisset, vaticinari potuissent, quod yaticinijs, quæ affectus sunt transeuntes non convenit.

34. Longè adhuc minus, quod per Alchymiam corpus stellarum influxui præpararint, ut de Apollonio memorant, prophætæ sacri, quorum quidam opiliones & bubulci fuerunt, qui prædixerunt quæ stellæ nec scire nec significare potuerunt, sed quæ divinitus inspirata sunt.

35. Longissimè adhuc minus, quod à Dæmonibus & angelis habuerint, qui quæ à voluntate hominum dependent agnорant, nec in astris vident, quod astra non scire possunt, nec in hominibus, quod homines ipsi in seipsis ignorant. Vnde consequitur hasce prophetias à D E O esse, cui uni omnia præsentia, & nota; cui soli laus & gloria, Amen.







ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne vir-
ant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus
nt, ad constellationem referunt, quâ mundum
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-
tominari supponunt, quæ vesanorum hominum
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,
imis sâpe religionibus imbuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-
â, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ
ex fio) prius inter se insulsi & insani convenient, an-
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,
nativitas tempore talem conjunctionem. quod ne-
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesî Religio, hoc est tot naturæ, regio-
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis-
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-